



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Archi-||dioeceseos || Colonien-||sis Descriptio || Historica


Henriquez a Strevesdorff, Martinus

Coloniæ Agrippinæ, 1652

Angaria.


urn:nbn:de:hbz:466:1-12065

*Tempore, perpetuo quo Princeps Imperialis,
Italiae, ac Titulo Archi Cancellarius esset,
Pileoli Rubri frueretur Iure Dynasta,
Sancti Ioannis Portam nempé ante Latinam.*



WESTPHALIA.


*W*estphaliam, à Niveo que vox est dicta Caballo.
Possebat quondam Henricus Leo nomine Princeps
Germanus, verum cum lese, Criminis alti,
Majestatis erat, banni Reus atq; Rebellis
Proscriptus Regno Friderico à Cesare, sacri
Imperii charatum Cancellarius, idem
Princeps Elector, dictus Philippus ab Heinsberg,
Pro certa summa, tractando exinde Ducatum
Westphalia, Angari & q; simul sibi quæsitus, atq;
Desuper accepit firmam de Cesare Bullam,
Ex hoc dotata est Vbiorum Ecclesia Princeps
Fundatore novo, binis Regionibus hisce:
Archidiœcesi hinc firmo sunt fœdere nexi
Hi Patria tractus memorati (a) Principis avo,
Id quod ad illius monstrant Epitaphia versus:
Accipe collatum tibi per me, Petre ducatum
Quem quinquaginta Marcarum millibus emi.
[a] 1180.



ANGARIA.

*G*entes Angarii, Augusto regnante, Visurgim
Inter & Amisiam fixos habuere Penates,
Lippia quæ nunc est, & Ravensterga, sed acri

In loca, Boruſteræ habuit quæ Natio, pridem
 Grassati motu, ſcit Lippia, Raurica novit
 Silva Nemusq; ſuis post aſſcripſere trøphais,
 Hujus erant Populi genuina insignia, & illis
 Gaudet adhuc, hodie magnus quæ cetera preter
 Dux gerit Angarie: Foliorum, gemina Nymphas,
 Nempe Trias, pueridis quæ producuntur abundis,
 Et ſuprà in cordis formam ſe ſpontè figurant.



ARNSBERGA.

HOC in Circuitu, veterum quod grammata tradunt,
 In pago Angariae ſitus eſt Comitatus, & audit
 Arensberga, cui juncta Vrbs, & montis in alto
 Electoralis Residentia vertice Caſtrum,
 Ad Ruram, antiquis alias qui dictis Erygnis,
 Et propè Meschedam gelidis altisq; ſuſurrat
 Montibus, atq; infrā Rurordam gurgite fraſlo
 Labitur in Rhenū, Comes hūc Godefridus ab Arnsberg
 (Cliviaca de stirpe domūs, dum Conjugis Anna
 Viveret in ſterili thalamo, Patris ultimus Hæres,
 Bini etiam canos rugis ſubeuntibus annos
 Vidiſſent pariter) Comitatum mentis in unum
 Sensum Nobilibus coeuntibus, Vrbibus unum
 In votum tractis, Cunoni Praefulis ampio
 Ecclesiæq; Vbia Rectori (a) ſtante refuſi
 Auri promiſſo, cum cunctis urbibus, altis
 Caſtellis, Pagis, Ditionibus, in ſuper omni
 Iure dedit vivus, vivusq; hac conuulit uni
 Omnia, Nec multò poſt rapto funere (b) ſummas
 Praeful Agrippina, Comitivæ insignia dictæ
 Ducere contendit, reſtratam nempe volūcrem
 Diviſam ve Aquilam, cuius de nomine nomen

Adlersbergæ

[a] An. 1368, 25. Aug. [b] 171.